

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**M. Vitrvii ... De architectvra libri decem**

**Vitruvius  
Frontinus, Sextus Iulius**

**Argentorati, 1543**

Cap. XIII

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE ARCHITEC. LIB. VII. 183

QVOMODO FIAT CERVSSA ET AERVGO  
ſandaraca. C A P. XII.

**D**E cerussa, æruginēq; quam nostri æruca m uocant, non est alie-  
num quemadmodum comparetur dicere. Rhodij enim in dolis  
ſarmenta componentes acetum ſuffundunt, & ſupra ſarmenta plumbea  
masſas collocant: deinde dolia operculis obturant ne ſpiramentum ob-  
turata emittant, poſt certum tempus aperientes inueniunt ē maſſis plum-  
beis ceruſam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt ærugi-  
nem, que æruca appellatur. Ceruſsa uero cum in fornace coquitur, muta-  
to colore ad ignis incendiū, efficitur ſandaraca. Id autē incendio facto ex-  
eſu didicerunt homines, & ea multo meliorem uſum p r eſtat, quām que-  
de metallis per ſe nata foditur.

QVOMODO FIAT OSTRVM COLORVM OM-  
nium factitiorum excellentiſſimum. C A P. XIII.

**I**N CIP IAM nunc de oſtro dicere, quod & chariſſimam, & excele-  
lenſiſſimam habet, p r e t̄ h oſ colores, aspectus ſuauitatem. Id autem  
excipitur ex conchylia marino, ē quo purpura inficitur, cuius non mino-  
res ſunt quām cæterarum naturæ rerum conſiderantibus admirationes,  
quod habet non in omnibus locis, quibus naſcitur, unius generis colorem,  
ſed ſolis curſu naturaliter temperatur. Itaq; quod legitur Ponto & Gal-  
lia, quōd hæ regiones ſunt proxime ad ſeptentrionem, eſt atrum, progre-  
dientibus inter ſeptentrionem & occidentem, inueniuntur liuidum. Quod  
autem legitur ad æquinoctialem orientem & occidentem, inueniuntur ui-  
laceo colore. Quod uero meridianis regionibus excipitur, rubra procre-  
atur potestate, & ideo hoc rubrū Rhodo etiam i nſula creatur, cæterisq;  
eiusmodi regionibus, que proximæ ſunt ſolis curſui. Ea conchylia cū ſunt  
lecta, ferramentis circa ſcinduntur, ē quibus plagi purpurea ſanies, uti  
lachryma profluens excuſſa in mortarijs, terendo comparatur, & quod  
ex concharum marinorum testis eximitur, ideo oſtrum eſt uocatum.  
Id autem propter ſalſuginem cito fit ſiticuloſum, niſi mel habeat circum-  
fusum.

Z 3 DE